



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciones Sive Conceptvs Theologici, De Praecipvis Omnivm Sanctorum Festiuitatibus, ab omnium Sanctorum Festo ad Pascha vsque occurentibus

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1614

In festo S. Ioannis Apostoli & Euang. De beneficiorum Dei memoria, & de
S. Ioanne agitur, & deinde Euangelica lectio explicatur, in qua de
curiositate agitur, & vtrum S. Ioannes mortuus sit, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54700)

M.A.R.T.
fortiter
virtutum
compon
sacri Mo
lorum le
quibus
tremant
olus opp
as, & con
præter a
ia potest
n omnin
pra celo
ce los ap
um dant
y patre
t quem
confam
nem mu
& vult
quam
us, cant
ifcentur
im m
supplic
nos am
faciam
a post
damus
elos que
cum co
nos pa
eo Pat
itus, &
IN-

CONCEPTVS THEOLOGICI 63
IN FESTO S. IOANNIS
EVANGELISTÆ.

Hic est discipulus, quem diligebat Iesus. Ioan. 12.

FIGVRA.

Iacob, Patriarcharum veterum decus & ornamentum inter duodecim quos habebat filios, Ioseph minimum natu potissimum diligebat maiori que quam cæteros amore & affectu prosequabatur. Ita Christus minimum natu, Ioannem inter duodecim Apostolos maxime dilexit & fouit. Ille nimirum carissimus illius discipulus, Christi delicia, amor Verbi incarnati, ac Messia gaudium ac solamen erat, amicitiam hanc & singularis huius amoris nexum, imo prærogatiuas illius ac privilegia mox exponam, si Pneumatis sanctissimi opem & auxilium, gloriosæq; Deiparæ patrocinium postulauerimus. Atq; ideo supplices Angelicam illi salutationem impertiamur, vnanimiter dicentes, *Aue Maria.*

Fuit ea Sanctorum Patrum consuetudo, nullo tempore ac loco, beneficiorum cœlitus accipientum recordari, eorumque memoriam semper in animo, vt ita ingratitude notam subterfugerent, conseruare. Ita David Rex agere solebat, qui sæpenumero omnes ad beneficiorum diuinorum memoriam excitare gestiens, dicebat. *Venite, audite, & narrabo omnes qui timebitis Deum, quantum fecit anima mea.* Id ipsum faciebat & Iacob Patriarcha: cum enim Esau frater paruulos illius vidisset, quæsiissetque cuius omnes hi liberi forent, respondit alter: *Paruuli sunt, quos donauit mihi Deus seruo tuo, bonorum deinde suorum partem illi offerens, ait: Accipe benedictionem, quam attuli tibi, & quam donauit mihi DEVS tribuens omnia.*

Veteres Patres beneficiorum Dei semper memoriam conseruabant. Psal. 65. Gen. 33. Iacob diuinorum beneficiorum memor.

Animad-

Animaduertite quæso, vt cuncta in Deum omnium bonorum datorem & largitorem refundatis eiusq; liberalitatem deprædicet. Esau vero agrestis & barbarus, Deiq; oblitus nihil eidem ascribit sed ingratitude plenius ait, *Habeo plurima fructu mi, tua tibi sint*: cum dicere è contra debuisset, plurima quoque mihi largitus est Dominus; at quæ eius ingratitude est, ait: *Habeo plurima.*

Gen. 45.
Ioseph
Deum ag
noscit o
mnium
datorem.

Hanc loquendi consuetudinem seruauit & Patriarcha Ioseph, cum enim ad regnum Aegypti uectus esset, ait: *Deus fecit me Dominum vniuersi terræ Pharaonis, ac Principem in omni terra Aegypti.* Nam ait, Pharaon constituit me œconomum domus eius, aut huius me honoris fors compotem fecit, hanc dignitatem prudentia promerui mea, sed omnia mihi elargitus est Deus, ipse hanc mihi gratiam præstitit, hæc ab illo profecta sunt, hinc demum & non alteri omnia adscribenda sunt. Hanc in Genesi præclarum conceptum legimus.

Gen. 41.
Nomina
filiorum
Ioseph
mystica.

Idem Patriarcha cum duos filios haberet, cui nomen dedit Manasses, id est, *obliscisci me fecit Deus omnium laborum meorum.* alteri Ephraim, id est, *conoscere me fecit Deus in terra paupertatis meae.* O insignem in viro hoc sanctissimo beneficiorum agnitionem non satis ei visum est, Deo ob accepta beneficia pericula depulsa immensas gratias agere, sed nomina, quibus beneficij huius magnitudo designetur, quin etiam imposuit, vt perpetua honorum in animo suo viueret memoria, ipsiq; filij hunc nomine accepto ad gratias toto vitæ tempore ob beneficia Patri collata agendas, non secus ac Patri excitarentur.

Ios. 2.

Duo illi exploratores, quos Iosue ad urbem Iericho explorandam misit, mirabili industria & strategemate beneficij à Raab accepti memoriâ conle-

uare conati sunt. Nam cum ipsa eos morti eripuis-
 set dixissetq; , *Iurate mihi per Dominum , vt quemad-
 modum ego misericordiam feci vobiscum , ita & vos fa-
 ciatis cum domo Patris mei.* Illi mox subintulerunt
*Innoxij erimus à iuramento hoc quo adiurasti nos , si in-
 gredietibus nobis terram signum fuerit funiculus iste coc-
 cineus , & ligaueris eum in fenestra per quam dimisisti nos.*
 Notate quæso strategema , notate rei proprieta-
 tem , signum poni eo loco volunt , in quo benefi-
 cium accepere , vt tanto melius illius recordaren-
 tur , ingratitude nemq; eo melius ex animo pro-
 pulsarent.

Ipse quoque Deus , quando homines huiusmo-
 di artificia reperire nequeunt , eadem demonstrat
 & vltro suggerit , ne homines sui obliuiscantur ,
 beneficiorumq; memoriam amittant , atq; ita in-
 gratitudinem demonstrent. quod historiâ è libro
 Iosue demonstrare contendam. Cum populus Is-
 rael sicco pede Iordanem transuadasset , & Domi-
 nus beneficij huius perpetuum existare monumer-
 tum veller, Iosue ait, *Elige duodecim viros singulos , per*
singulas tribus , & præcipe eis , vt tollant de medio Iordanis
alveo vbi steterunt pedes sacerdotum , duodecim lapides
durissimos , quos ponetis in loco castrorum , vbi fixeritis
hac nocte tentoria. Non vult duodecim hos ex vnica
 tribu eligi , sed è singulis singulos , vt ita demon-
 stret, beneficium esse commune omnibus , vniuer-
 sosq; & singulos eiusdè debere reminisci. Non vult
 adhuc quoslibet lapides aut vulgares capi , sed du-
 rissimos , vt diutius superstes ita maneat memoria
 ipsaq; recordatio nullo vmquam æuo intermo-
 riatur. Idè & in nouo testamento satis insinuat: *Ioan. 6.*
 cū enim Dominus in deserto quinq; hominū mil-
 lia , duobus piscibus & quinq; panibus hordeaceis
 cibasset : Apostolos quæ superauerunt fragmenta ,

Iosue 4.
 Deus vult
 suorum
 beneficio-
 rum me-
 moriam
 vigere in
 animis
 hominū

Ioan. 6.

De S. S. tom. 1.

e

ne

ne perirent colligere præcepit. Cur putemus principem illum munificentissimum tam anxie reliquias has colligi mandasse? an eum illiberalitatem accusabimus? an ut auarum & tenacem culpabimus? nequaquam. Sed ostendere voluit, se, ut in rebus necessarijs dandis liberalis est & effusus, ita & in superfluis haud esse prodigum, vel, summum illum principem postquam beneficia in nos contulit, miraculi nostri causa operatus est, velle, reliquias à nobis colligi, i. eorum semper nos recordari, ac nullo tempore memoriam eorum mente deponere.

Esth. 6.

O ingens Christianorum ingratitude! o summum beneficiorum obliuio! qui postquam mille beneficiorum genera accepere, vix vnus recordantur, ut ob vnum aliquas datori gratias agunt. Assuerus cum curis grauatus, totam noctem in somnum duceret, veterum annalium monumenta peruoluit, in quos, quæ à subditis acceperat beneficia, fidelium eorum obsequia relata erant: cum diligenter singula euoluisset, magnam erga omnes, quos nondum digna mercede remuneratus erat, liberalitatem ostendit. O Christiani, Euangelica lex historia quædam generalis est, & annales, quibus omnia dona & gratiæ, quas à Deo accepimus, continentur. Sed heu quam paucas ijs peruolutandis horas impendimus, quam parum temporis in earum compensatione insumimus? O pudor, o dedecus & ingratitude!

Sed videte hic, ut Apostolus, Euangelista, Prophetæ vir penitus admirabilis, quo infamæ ingratitude notâ effugiat, donorumque celestium memoria immortalè in animo cõseruet, beneficia prægeuasque quas à Domino Iesu Christo accepit, exaggeret. Ait. n. se discipulum illum esse quem Iesus diligebat & præ ceteris cõplectebatur. Nihil porro aliud hodiernum Euangelium cõplectitur, *Hic est discipulus quem diligebat*

diligebat Iesus. Vt porro latius hoc deducam, primo sancti huius merita ac prærogatiuas recensebo, ac deinde historiæ Euangelicæ contextum exponam, aurem mihi accommodate, ad rem me accingam.

Ioannes hic, cuius hodie festum & memoriâ celebrat Ecclesia, fuit Zebedæi filius, frater Iacobi Maioris, atq; vnus è duobus, quos mater ambitione flagrans, in Iesu Christi regno cum Israel Rex constitueretur, sublimari voluit, dicens, *Dic vt hi duo filij mei sedeant vnus ad dexteram & alter ad sinistra.* Inter Apostolos ille quidem fuit natu minimus, sed Euangelistarum summus, quod egregia figura exposuit Ezechiel Propheta, vidisse se namq; ait quatuor animalia, sed aquilam cæteris magnitudine præstitisse: *Et facies aquila desuper ipsorum quatuor.* Porro quatuor hæc animalia quatuor Euangelistas denotant, inter quos Ioannes per aquilam designatus, cæteris euolat sublimius.

Ioannem vero per aquilam, quæ Imperialis auis est, designari testis est Hieronymus prologo super Matthæum, Augustin. li. 1. de Consensu Euangelistarum ca. 6. & Hom. 1. in Apoc. & Greg. Magnus li. 31. c. 33. Vt enim aquila fulminâ, ita nec ille tribulationes aut tormenta exhorruit: vt irretorto & nõ cõnienti lumine solares radios intuetur, nec splendori cedit, ita quoq; ingeniũ Ioannis, quod nubes transcendit, solemq; iustitiæ infracto & pertinaci oculo perspexit, cedere nesciuit. Est namq; ingens illa aquila, quæ ad usq; Libanũ montẽ, i. ad summũ diuinitatis euolauit, & magnæ illic cedri medullã i. cor Verbum Patris æterni imbibit, in cuius cognitione tã sublime euolauit, vt nõ ceteros modo Euangelistas sed seipsũ quoq; superarit. Cõceptus huius formã Ezech. Propheta adaptauit dicẽs, *Aquila grãdis magnarũ alarũ, longo membrorũ ducta, plenis plenis*

& varietate venit ad libanum, & tulit medullam cœli.

Psal. 17.

Cū vero de auiibus & volatu mentio incidit, et aquila nostra merito illud Psalmistæ occinere possumus, *Ascendit super Cherubim & volauit super pennas ventorū.* Per ipsos Cherubim Augustin. hic scientiam multitudinem designat, atq; in hunc modū loquitur omni scientiā tam naturalem quam supernaturalem, quæ vel Apostolis vel Euangelistis communicata erat, longe superasse dicendus est. Denique per duos illos Cherubim, propitiatorum aliosq; cooperientes, communiter duæ in Christo Iesuaturæ intelliguntur, super quas summus hic Euangelista sublimi quadam cognitione euolauit. Pennas has ventorum, Angelorum & Apostolorum scientiam denotari docent plerique, quæ idem Euangelista transcendit.

Ioan. 21.

Fuit ipse Doctor in omni scientiarū genere versatissimus, edoctus in Spiritus Sancti schola, non Platonis, Aristot. Socratis aut aliorū, sed Iesu Christi discipulus. *Hic est discipulus quem diligebat Iesus.*

Psal. 63.

O prærogatiua singularis, & honor cū nulli equiparandus! ô incomparabilis discipuli humilitas, Iesum præceptorē habuisse! Si n. beatissimus & felicem existimauit Philippus, quod Alexander filius Aristotelē nactus fuerit; maior profecto discipuli huius gloria & beatitudo est, q; Filium Dei magistrū illū Angelorū Doctorem habuerit. Quæ merito igitur cum Propheta exclamē: *Beatus quia tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum.* Beatus Ioannes qui in schola tua fuerit edoctus.

Scripta
Ioannis
vna doctrina
re-
ferta.

O doctum discipulū! & in omni scientiarū genere versatissimū, doctissima illius scripta faciunt, & in primis Euangeliū, q; post ceteros Euangelistas scripsit, & ipsū doctissimū ac profundissimū: tres itē illæ epistolæ subtilissime ac Theologice

logiam reconditā spirātes; Apocalypsis illa pfun-
da, in qua tot Sacramenta mysteriaq; quot verba
& apices, vt asserit Hieron. Imo tanta illius doctri-
na fuit, vt ipsimet Angeli teste Chrysoftom. multa
abscondita, & abstrusa ab eo didicerint. Ideo factū
puto, vt Marcus eū filium tonitruū appellārit. Tam
profunde. n. de Deo deq; diuinitate locutus est, vt
tonitruū potius quā vox humana fuisse videatur.
Ad q; Propheta alludens ait, *Vox tonitruū tui in rota.*

*Epist. ad
Paulinam.*

Mar. 3.

Psal. 76.

nā Euangelicę prædicationis, ac præsertim Ioannis
vox tam alte insonuit, vt tonitruū quoddā per ro-
tam fremens & per orbē terrarū intonans fuisse
quis dixerit, quādo in omnē terrā exiuit son⁹ eorū.
At nondum hic quiescimus, nā præter singularē
illam doctrinam, habuit & Prophetiæ donū, quod
ē scriptura adstrui potest. initio enim Apocalypse-
os scriptum legimus, *Beatus qui audit verba Prophetiæ
huius, & seruat quę in ea scripta sunt.* O quēnam Pro-
phetā! nō habuit vetus testamentū similē: quicūq;
enim olim Prophete exstiterunt, non nisi eminus
Deū viderunt; hic autem manu eum tetigit, & su-
per pectus ei⁹ recubuit, omnia ab illo hauriēs que-
cūq; Ecclesiæ militanti euentura vaticinatus est.

Apoc. 1.

Quatuor
Martyrii
genera Io-
annes per-
tulit.

Potest quin etiā inter Martyres recenseri: qua-
tuor namq; Martyrij genera sustulit. Primum Do-
minicę passionis tempore, cū sub cruce cōsisteret:
hinc quippe patiebatur magister, & ipse illinc: vt
quatuor Euangelistæ vnanimi consensu tradunt.
2. Venenum mortiferum bibere coactus quod ad
mortē violentam referri debet: ita omnis testatur
antiquitas, & in primis Isidorus Hispalensis. Hinc
pictores calicē ei in man⁹ cum colubro affingunt;
vel potius, quod Dominus olim ipsi vt & fratri di-
xerit, *Calicem meum bibetis.* 3. Imperatoris Domitia-
ni tempore in Insulam Pathmos in mari Ægeo sitā

1.

2.

*De patri-
bus noui
Testamen-
ti.*

3.

relegatus fuit, in qua omnes Apocal. suæ visionem vidit: porro ipsum exiliū ad mortē ciuilem, vti loquuntur, referendū est. 4. Nono Domitiano, cū Romā Epheso ductus esset, idq; suadente Apollonio Tyaneo Mago, (de quo Philostratus miranda quædā refert, p̄sertim ea quæ Ephesi gēti quando nimirū Imp. obitus diē, demone id stupore, p̄dixit ob q̄ statuam promeruit) Domitiani iussu in feruentis olei doliū coniectus est, è quo vlla læsione aut detrimento, non sine singulari miraculo emerit. Testatur hoc magnus Ecclesiæ Doctor Hieron. & ante eum Tertullian. Apost. Ioannes posteaquam in oleum igneum demersus nil passus est, non hæc quatuor mortis & Martyrij genera sunt.

Lib. de Præscript. hæreticis.

Absurdum porro est, Martyris eum nomine dignū dicere, eo quod vitam non amiserit. Sed contra dicendum. numquam Deum in Sanctorum suorum perniciem aut detrimento edere miracula: atqui si Ioannes Martyr dici non possit, eo in supplicijs mortuus non fuerit; ingens illud miraculum, quo feruenti dolio ereptus est, magno illius damno contigerit, atq; egregia Martyrij corona priuarit. Huc accedit, quod Ioannes Chrysost. pro huius rei veritate decertans, duobus misticis asserat Dominum Ioanni & fratri eius Iacob martyrij coronam pollicitum esse, his verbis, *Gelicem meum biberis*: quod non nisi de martyrio potest intelligi. Adhæc quanta illi facta esset iniuria, & quod dedecus & ignominia foret, cæteris Apostolicis Martyrum laurea coronatis soli huic eandem denegatam fuisse? Vere igitur Martyr fuit, ac petrus cœlestis ac diuinus, & quod præ cæteris commendandum, est *discipulus quem diligebat Iesus*.

Homil. 66. super Matt. 27 super epist. ad Hebr.

Hebr. 1.

Quis vniquam mortaliū imo & Angelorū hoc nomine donatus fuit? Si n. Paulus, vti Messias dignitatē innueret, eumq; Angelos excedere ostenderet,

ait, Tanto melior Angelis effectus quando excellentius pra
illis nomen hereditauit: Apost. hic, pfecto ceteris ho
minū & Angelorū tanto dignior & eminentior di
cendus est, quāto gloriosius & nobilius nomē, de
liciu. f. Christi Iesus adeptus est. Quin etiā si sapiens
olim dixerit, *Melius est nomē bonū quā diuitia multa;* *Prou. 22.*
nobile illud Ioannis nomen (*quē diligebat Iesus*) me
rito omnia hominū nomina, omnesq; qui in mun
do sunt titulos, dignitate & excellentia antecellet.
adeo vt de illo dicere non verear, *Et dedit illi nomen,*
quod est super omne nomen: nam post Messia nomen
nullum est inter homines aut maius aut excellen
tius; imo vnum & idem cum illo videtur esse.

Solent amici in omnibus rebus sibi similes esse,
ipsaq; similitudo verē amicitie fundamētum est:
imprimis autē Deus omnes quos amat & cōplecti
tur sibi esse vult quā simillimos. Vnde Paulus. *Quos* *Rom. 8.*
præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui.
Christus igitur Ioannē è toto corde & anima dili
gēs, idē eū secū nomē habere voluit. In veteri. n. &
nouo Testā. hoc sēper Filij Dei & Messie nomē fu
it. nā in Psalmis legimus, *dilectus quemadmodū filius* *Psal. 28.*
unicornium. In Canticis quoq; toties hoc nomine à
sponsa cōpellari se gaudet, *Dilectus, meus mihi & ego* *Matt. 4.*
illi, quin & in Euāgelio summi Patris ore pronun
ciatū est, *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene* *Matt. 7.*
cōplacui. & in Euāgelio de Transfiguratione, *Hic est*
Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui, ipsum
audite. Et ecce, delictum illius idē nomen sortitus
est, *Quē diligebat Iesus.* Ratio est, q̄ inter amicos om
nia debeant esse communia, & paria, idē nomē, cor
idē, voluntas vna; similitudo & cōmunio in omni
b⁹. Magni in libris Regum fit amicitia Chusai Ara
chite cum Dauide: hinc cum eius mērio fit, dicitur *2. Reg. 16.*
Cum autem venisset Chusai Arachites, amicus David.

At amor & dilectio, qua Christus Ioannē est pro-
secutus, longe maior & eminentior est. Quam
enim inter Dauidem & Christum comparat
quam inter filij Dei & Regis alicuius amor
similitudo? quid commune habet dilectio Regis
terreni, & totius mundi Monarchæ? Ioannes
ster à Christo diligitur, *Quem diligebat Iesus.*

Deut. 33.

Dixit olim de Benjamin, Moyses, qui Rachel
matris delictum erat, *Benjamin amantissimus Domini
inter humeros requiescit.* At potius hoc de Iesu Chri-
sti delictio Ioanne dicere poterimus. Fuit ille inter
filios Iacob natu minimus, hic inter discipulos Iesu
Christi; ille inter humeros requieuit, hic super
pectus in cœna recubuit. O euidens amoris indi-
cium! ô affectum singularem! quam iucundum
porro spectaculum fuit, videre Ioannē inter
Apostolos electū, in vltima cœna, supra faciem
Christi pectus, omnis sapientiæ fontem, recu-
bentem? Quid hoc est, Iesu bone, aliud non habes
cui caput inclines quam humeros Ioannis? & ad
tantam hominem dignitatem euehi suum rece-
pit in pectus Dei reclinet? An non igitur cum Apo-
stolo exclamare liceat, *quod nec oculus vidit, nec auris
audivit, nec in cor hominis ascendit huic simile?* & cetera
cæco, de quo in Euangelio Ioan. 9. dicere, *A factis
non est auditum, tam familiariter habitos, ut in cœna
pectore fessum caput reclinarent?*

1. Cor. 3.

Marc. 1.

O amor, honor, ô prærogatiua & paradoxa Ioa-
annes Baptista materno in vtero sanctificatus, in
deserto viuēs, quo nullus inter natos mulierum
ior exstitit, indignū se existimat, qui corrigiā ca-
ceamentorum Messix solueret. Maria Magdalenam
post tot effusas lacrymas, editatq; suspiria ac singu-
tus, secus pedes Domini prostrata iacet nec faciem
illius audet intueri. Thomas Apostolus digito vul-
nera

Luc. 7.

Ioan. 10.

nera illius tangere, aut summam cutem perstrin-
gere veretur. S. quoq; Petrus Apostolorum Prin-
ceps accedere ad illum vix audet, sed in genua pro-
cidens exclamat, *Exi à me Domine, quia homo peccator* *Luc. 5.*
sum. Ioannes tamen familiaritatem nouam assu-
mit, corpus illius sibi commune reddit, in sinu il-
lius reclinatus dormit, super pectus illius recum-
bit, osculatur, amplexatur, ac mille amoris ei of-
tendit indicia. ô noua amoris argumenta! ô fa-
miliaritas admiranda! ô dilectio incomparabilis
& inaudita!

Sponsa illa in Canticis, quod à dilecto amplecte- *Cant. 3.*
retur, & stringeretur, gloriatur, & gaudens apud
omnes ait: *Laua eius sub capite meo, & dextera illius am-
plexabitur me.* At maior profecto Euangelistę nostri
est gloria, cui maiorem vnigenitus Dei amorem
ostendit, vt scil. ab ipso diligatur, foueatur, strin-
gatur, quodq; communes amicitiaę limites tran-
scendit, familiariter in sinu illius recumbat, ô dile-
ctio, cui nulla vnquam par extitit!

Iacob Patriarcha, cum lapidi innixus somnum *Gen. 28.*
caperet, admirabiles visiones habuit, Ioannes cum
Petraë fundamentali, Iesu Christo inquã, innitere-
tur, mirificas procul dubio reuelationes percepit.
Ex hoc nimirũ Oceano tot mysteria haulit; ex hoc
promptuario tantã doctrinam deprompsit, ex hoc
Parnasso tam p̄clara vaticinia & oracula deduxit;
hęc cum academia tam doctũ effecit, vt totus do- *Plutarch.*
ctrinam orbis obstupescat, dicens, *Hic est discipulus,
quẽ diligebat Iesus,* quippe supra pectus in cœna recu-
buit Aquila cum oua excludit, pullũ, q̄ ex ouo cor-
di quam proximo prodit, plus cæteris diligere &
fouere solet, vt hoc materia nostrę adaptemus,
dicendum est, cum iuuenis hic discipulus corde a-
quilæ illius, de qua dictum est, *sicut aquila pronocans,*

Dent. 32. ad volandum pullos suos : tam vicinus fit, non esse
randum, si tam tenere ab illa diligatur, tam am-
ter stringatur, si de eo dicatur, *hic est discipulus quem
diligebat Iesus?*

Discipulum ter ac quater beatum ! an non est
magnæ felicitatis argumētum, Verbo æternæ
vicinum, diuinæ maiestati adeo gratum, ma-
deniq; Redemptori adeo familiarem esse, vt
pectoris eius sinus recipiatur ? Nihil hæc sunt
hactenus diximus, Auditores, aut saltem ex-
admodum, si cum ijs, quæ mox dicturus sum,
ferantur. Quidquid enim dictum est, non
familiaritatem ordinariam & communē
potest : sed q̄ modo dicturus sum, communē
miliaritatis ordinem longe excedit. Fuit, *Sanctus*
annes custos, ac veluti tutor Virginis, tutela
paræ, primus inter Reginæ cœlorū asseclas
entes. Huic sc. vni illam Christus moriens lega-
ac cōmilit, illius in manus ac potestatem tam
bile pignus, thesaurum adeo luculentum, & tam
margaritam pretij consignauit. Cum n. in cruce
suspensus, non nisi duo sua in potestate habens
quorum illi dispositio libera foret, quæq; vnicuique
ligebat, animā & matrem, illam Patri & hanc
cipulo carissimo cōmendauit, quam ille tanto
more & cultu profecutus est, vt toto vitæ tempo-
eandem nō deseruerit, eandem circumquaq; pro-
ut Ecclesiæ bonū, & necessitas fideiū postulabat,
secum ducens, vt & in Asiam illam secutus fuerit
vt colligere est ex Epistola quadā synodali è con-
lio Ephesino ad clerū Constantinop. missa. Vobis
cum igitur statuere, num discipulus ille à Christo
fuerit dilectus, cum eum rei tam caræ, matris
quam suæ tutorem, & custodem constituerit?
Si felicitatem suam Ioseph magnificerit & cele-

brarit, quod quidquid Putiphar Ægypti præfe-
ctus possideret, suæ esset commissum fidei, adeo ut
non sine admiratione Dominæ dixerit: *Ecce Domi-
nus meus omnibus mihi traditis ignorat, quid habeat in
domo sua, nec quidquam est, quod non in mea sit potesta-
te.* quis pro merito honorem ac felicitatem disci-
puli huius admiretur, cui Dominus Iesus, quod
in hac vita habeat carissimum, matrem inquam
in tutelam, custodiam ac protectionem dedit?

Iacob Patriarcha cum mortem sibi instare cer-
neret, ut amorem quo Ioseph filium plus cæteris *Gen. 48.*
fratribus diligebat, testatum faceret, hac eum ora-
tione compellauit. *Figura. En ego morior, & erit Deus
vobiscum, reducetq; vos in terram patrum vestrorum, do-
tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu
Amorrhæi in gladio & in arcu meo.* Quam scite & ap-
posite *Figura* hæc proposito meo quadrat! Iesus
Christus Patriarcharum omniū Rex cum in mor-
tis articulo constitutus esset, ut singularem, quo
Ioannem natu minimum præ cæteris prosequeba-
tur, Apostolis testatum faceret, pretiosum illi pi-
gnus, Mariam Virginem intelligo, potissimum in
tutelam tradidit, quæ in gladio crucis, & passionis
arcu tulerat de manu Amorrhæi, id est, à peccati
tyrannide, & captiuitate diabolica, quæ ab Amor-
rhæis infernalibus descendunt, præseruauit.

Cum Israelitæ terram Ægypti ingressi essent, *Gen. 44.*
& iam domum reuerterentur, scyphum argen-
teum sacco Benjamin natu minimi, Ioseph totius
terræ dominus includi iussit; Vestra id venia
propositæ materiæ adaptabo, Quod Benjamin
inter cæteros Iacobi filios, hoc Ioannes inter A-
postolos erat, quippe non nisi viginti erat anno-
rum, cum Christus à mortuis resurgeret: Virgo au-
tem Deipara erat scyphus ille argenteus pretij
incom-

Cant. 7.

incomparabilis. ita namq; interpretatur Ruyet-
tus locum illum Canticorum : *Vmbilicus tuus sicut*
crater tornatilis, nullis indigens poculis. O craterem
pretiosum, sed ex argento purissimo, quod puritas
illius ac castitatis symbolum est conflatum. Et
hodie in sacco, id est, in potestate iunioris huius
discipuli & non aliorum inclusus reperitur. An
igitur ad figurę huius similitudinem & adapta-
tionem aliquid videtur addi posse? Iam quanta disci-
puli huius dignitas sit, dispiciendum restat.

Esth. 5.

Aman, q̄ solus inter ceteros Aulicos à Regi-
na Esther ad conuiuium vocatus esset, felicissimum
se ac superis parē iudicabat, dixit enim. *Nullum ad*
Regina Esther vocauit ad conuiuium cum Rege, prater me.
Si vnica ad epulas inuitatio insolescentem Purpo-
rati huius animum ita commouit & eleuauit, quod
de S. Ioanne dicendum est, qui tanto tempo-
ramq; familiariter cum Angelorum Regina ipsius
Dei matre comedit, bibit, & commoratus est. Et
non admirabilis ille ac singularis honor est? an
prærogatiua nemini concessa mortalium?

4 Reg. 2.

Magni fecit Elię palliū Elizeus, quod ille mag-
ister, cum curru igneo in cælum subueheretur, reli-
querat. Equidē historię huic velut figurę insisteret
sacratissimā Virginem velut pretiosum existens
pallium dico, quod Iesu Christi carnem cooperuit,
quod eandem texit & conseruauit: ipsa est pallium
sub quo vniuersa Ecclesia velut sub vmbra delin-
scit; sed pallium, q̄ verus Elias Christus in ignem
crucis currum, amore & caritate æstuantem sub-
uectus carissimo suo discipulo, velut amoris & de-
lectionis tesseram reliquit, hoc porro donū omnia
quę reperiri possint dona, pretio & valore antecē-
dit. Exclamem igitur iterum, ô honor singularis
nobile pignus in tutela ac protectione habuisse!

Si dō-

Si Dominus benedixerit Obededom Gethæo, ^{2. Reg. 6.}
 quod tribus apud eum mensib. arca Dei diuerterit:
 quis quæso exprimat, quot gratias, charismata, &
 benedictiones discipulus ille quindecim annorū
 spatio, quib. virginem hanc veram arcam fœderis
 post Christi ascensionē, in custodia ac tutela habu-
 it, receperit? si n. vnica Messiaē salutatione Ioannes ^{Luc. I.}
 Baptista matris in vterō sanctificatus fuit, quantū
 discipulum hunc ex longa cum Messiaē matre fa-
 miliaritate & vsu virtutum sanctitatisq; contra-
 xisse credendum est? an non omnib. eum gratijs &
 charismatib. donatum, an non larga & prodiga om-
 nes in eum manu perfectiones collatas existime-
 mus, cum discipulus fuerit quem diligebat Iesus.

Hic me eloquentiā deficere doleo, Auditores, vt ^{Ios. Io.}
 huius magnitudinē amoris exponam? vtinā mihi
 & lingua Ciceronis, Verba Demosthenis, Plutar-
 chia facundia sit, ad dignitatē eius, nobilitatemq;
 celebrandā! Sed quid? materia vires excedit meas,
 & eloquentiam. Vnum hoc addam, ad discipuli
 huius felicitatem deprædicandam: si ad solā Iosue
 vocem sol in medio axe cursum stitit, ad Eliæ ver- ^{4. Reg. I.}
 ba ignis cœlitus secundo delapsus est, qui tamē
 non nisi de communi sanctorum numero erant,
 quid ad solum obsecro discipuli huius nutū fieret,
 si potentiam suam adhibere, priuilegiatq; ad effe-
 ctum vellet cogere? si enim tanta fuit seruorum
 auctoritas, quanta amici futura est, & quidem in-
 timi, ac discipuli illius, quem diligebat Iesus? plura
 hic non adferam, cum ad Euangelicam historiam
 ipsa me trahat oratio, & eiusdem dispositio.

Dominus igitur Christus cum S. Petro mortem Euangelij
 prædiceret, Martyrijq; futuri mentionē faceret, di- ^{textus ex-}
 cēs: *sequere me. vt creatorē creatura, dominū seruus. ponitur.*
 pastorem ouis, præceptorem discipulus, ducē mi-
 les

les (idq; non passib. corporalibus, vt quidem per-
uere Chrysoft. ac Theophylact. nec moraliter iden-
telligendo, vt sentit Theodor. Heracleota: sed per
viam mortis & semitam crucis, vt Rupertus & alii
exponunt) & Petrus hunc in modum intelligens
conuerteret se, videsq; discipulum, quem dilige-
bat Iesus, diceret: *Hic autem quid? erat quippe curi-
dus scire, quid huic fieret, & num eandem secum
subiret sorte, aut potius in vita permaneret. Con-
uersus autem Petrus, vidit illum discipulum, quem dili-
gebat Iesus, & dixit. Hic autem quid?* Varie ac diuersis
mode verba hæc intelliguntur & exponuntur.

In primis videtur hæc Petri interrogatio non
lis curiositatem quandam includere: q; vitium hu-
minib. quodammodo congenitum est ac natura-
dum ea, q; ad alios spectant, scire volunt, quæ res
ad se, negligunt. Hoc in se deplorauit Psalmista
gemit, *Et lumen oculorum meorum, & ipsum non est me-
cum.* Verbis ait, non se quidem cæcutire, sed oculis
in aliorum semper negotia cõiectos habere, sua vero
nequaquã perspicere posse. quasi diceret, in aliorum
vitijs tam cerno acutum, quam aut aquila, aut ser-
pēs Epidauri⁹, & oculis inunctis mala mea non pos-
uideo, imo in iisdem & talpã & Andabata sũ cæcuti-

Psal. 37.

Curiosus
oculo cõ-
paratur.

Videtur porro scite curiosus mihi oculo omni-
sensuū principi, visusq; domino, posse comparari
vt enim ille omnia perspicit, & contuetur, de quo-
minibus coloribus diiudicat, seipsum vero videre
non potest: ita curiosus, qui aliena perspicit acuti-
sime, in domesticis vero cæcutit. atq; ita interpre-
tabor verba illa Psalmographi, *Oculos habent, & non
videbunt*, id est, curiosi quidem oculos in capite
preferunt, vt aliorum facta explorent, seipsum vero
& quæ ad se spectant, intueri nequeunt.

Primus humani generis parens & auctor Adam
quam-

quamuis omnibus animalibus nomina idq; iuxta
 vniuscuiusq; naturam & qualitatem, quam sapiē-
 tissime dederit, sibi tamen nomen, q̄ vsquequaq;
 naturæ responderet, indere non potuit; animalium
 quidem ceterorum naturā perspectam habens, su-
 am vero penitus ignorans. Adæ curiosum esse sen-
 tio persimilē: qui omnia quidem exteriora videat,
 aliorum penetralia & adyta rimetur, de alijs facile
 diiudicet, sed in proprijs stupid⁹ sit, & visus obtu-
 fioris, imperfectiones proprias ignorans, seq; ipsū
 nesciens, si hunc in modū verba Euangelij intelli-
 gantur, curiositatis Petrus culpandus erit, ipsaque
 Domini responsio, *si eum volo manere: quid ad te?* a-
 criorem correptionem videbitur includere.

Videtur ex aliorum sententia petitio hæc inuidi-
 am aliquam, aut leuem saltem æmulationē præ se
 ferre: censent enim Petrum dicēdo: *Hic autem quid?*
 immortalitatē Ioanni contubernali suo inuidisse.
 Quasi diceret, si me ad mortem & crucem destina-
 ueris Domine, qd de Ioanne fiet? me moriente an-
 ne ille futurus immortalis? me patiente illene à
 supplicio eximetur? solusne ipse patiar? Deinde a-
 iunt Petrū tūc cū Domin⁹ ei diceret: *Pasce oues meas,*
 id est, dū eū totius Ecclesiæ caput ac Pontificē cō-
 stitueret, sociū non quæsiuisse, nec dixisse: *hic autem*
quid? at cū ad mortē, crucē, Martyriūq; vocatur, sta-
 tim sociū in cruciatib. postulasse, dicendo, *Hic autē*
quid? id est, annon ille quem tantopere diligis in
 mortis discrimine te non secus atq; ego sequetur?
 anne solus ego ad mortem & crucem vocor?

Solatum
 est misero
 habere
 pœnæ so-
 cium.

Ea nempe est hominū imbecillitas ac peruerfa
 consuetudo, honores vt solis sibi cupiāt, in pœnis
 vero & cruciatibus socios exoptent. iuxta vulgatū
 illud verbū, *Consolatio est miserorum habere in pœnis*
pares. Huc non insulse facere videtur apologus ille
 Æsopus vulpecula cum caudam nescio, quo

Fabula de
 vulpe.

casu amisisset, vnicum generis sui decus & ornamentum, atq; ideo coram cæteris comparere videretur, in sociarum conuentu persuadere cœperit, ut caudas velut molestas & incedentibus, quæque non tantum ornamenti, quantum utilitatis & oneris afferrent, præmorderent aut abolerent. Verum cum illius versutia patuisset, dicentibus animis cœperit; Nisi ipsa caudâ careres, nunquam nostras ut præscinderemus consuleres, sed omnium infamiâ ac dedecore tuâ velare genitum tollere. Fabula hæc quamvis fabulosa, docet magis semper in cruciatibus, socios & affectas deponere. Atq; hæc quidem omnia quam appositissimè

Crederet tamen non ausim, Apostolorum Præcipuum atq; omnium fidelium caput, socij sui ac fratris, forte inuidisse, aut æmulatione quadâ transtulit actum. Alias enim, & maxime in Domini transfiguratione, contrarium demonstravit: cum enim monte Thabor gaudio & voluptate ebrius gloriæ celestis specimen vidisset, sibi soli hanc gloriam ambiuit, sed Eliâ & Mosem eius participes habere voluit; *Bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyse vnum, & Elia vnum.* non an se solo locutus, *Bonum est me hic esse*, sed numero generali vsus in communi postulat, charitatis figuram demonstrando, *bonum, inquit, est nos hic esse.*

3. Sunt qui Petri hinc magnanimitatē, & ingenuitatem erga proximū charitatem demonstrari posse putant: quod cum ad dignitatem illam euectus esset, Petrus scilicet Ecclesiæ caput, Christi in terris Vicarius omnium fidelium pastor constitutus, amici suorum annis recordaretur, & de eo esset sollicitus à Christo petens, quid illi fieret, num ut Martyr moreretur, vel in vita permaneret: ideoque ait: *Huic curam tuam quid?* id est, Ecclesiæ mihi tuæ Domine curam tradidit.

Matth. 17.

tradidisti, gregem tuū fidei meæ concredidisti: pastor ouium tuarū iam constitutus sum & animarū custos; & quoniam moriturum me pro tui nominis honore prænuntias, scire velim quid me mortuo de ouibus meis futurum sit, quid pastore prostrato oues facturæ? quid membra ablato capite? duce quid occiso milites? sed imprimis quid socio meo, quem tantopere diligis, & quem vt alterum me complector, fiet: *Hic autem quid?* Atq; hæc præ cæteris mihi ridet expositio.

Non imitatus est hic mundanos, qui ad aliquē dignitatis gradum euecti, & honores consecuti, aliorū qui inferioris sortis & conditionis sunt, obliuiscuntur, imo & eosdē contemnunt & vilipendunt. Hinc bene tritū sermone prouerbiū, *Honores mutant mores*. Verū peruersa, vt dixi, ea consuetudo est: Aequū namq; esset, vt qui ad dignitates euehūtur, interdum perpenderent, non tam propter se quam alios, honores sibi cælitus dari, vt nimirum minorib⁹ & pauperib⁹ succurrerent, quosq; iniqua fors humi affigit, ope & auxilio subleuarent suo.

Mundani ad honores euecti suorum obliuiscuntur.

Non ita Ioseph Patriarcha se in honoribus gessit, sed ad totius Ægypti præfecturam euect⁹, suorū tamen non obliuiscatur, sed ad fratribus succurrendū honores sibi collatos opinabatur. Hinc fratribus ait, *Pro salute vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum*. Id est, Quamuis me, carissimi fratres ad summum dignitatis gradum euectum, vos autem inopia laborantes cernatis, nolite tamen existimare, vestrum me obliuisci, scio ad salutem me vestrā à Deo in Ægyptum destinatum esse, nec tam meam quam vestra causa ad honores hos euectum.

Gen. 45.

Mardocheus quoq; cum neptem suā Esther ad regiā dignitatem destinatam, à Rege Assuero adamatam, eiq; gratam esse cerneret, his eam litteris

Esth. 4.

compellendam censuit; Agnoscisne Esther esse
 ste beneficium? summi Monarchæ vxor facta es: sed
 noli idcirco extolli aut insolescere, aut tuorum
 extremo in discrimine versantium obliuisci, *Nati-
 tes quod animam tuam liberares, quia in domo Regis es: do-
 nim nunc silueris, nec populi tui necessitatem Regi
 maiestati aperueris, vt eidem succurrat; Patris
 inuenient, qua salutem ille inueniat & per aliam
 casionem ab interitu iudæi liberabuntur: & e con-
 tu & domus Patris tui misere peribitis. Et quis uouit
 trum idcirco ad regnum ueneris, & regia coniunx fa-
 sis, vt in tali tempore necessitateq; parareris, populi
 tuo clypeus, tutela, ac defensio fores? Ecce uer-
 nores ei datos persuadere conetur, ne suorum, a
 imitationem mundanorum obliuisceretur, &
 ijsdem eo magis succurreret.*

Natura
 docet ma-
 gnos mi-
 noribus
 debere
 succurre-
 re.

Atq; vt cætera omittam hoc ipsa nos docet
 natura & ordo. Ad quid enim creatos putamus
 cælos, vt sc. sibi solis agant & ferantur? nequaquam
 sed vt uelut causæ generales, rebus inferioribus
 lumine suo & splendore, motu cæterisq; indige-
 bus succurrant. Ipsa rerum domini, omniumq;
 promptuaria & officinæ, elementa non solis
 creata sunt, sed vt uelut communes patres & gene-
 rales nutritij omnibus mundi membris adessent,
 omniaq; producerent. Ignis in sublime elatus om-
 nia calore suo in hoc inferiori mundo conferat,
 fouet & nutrit. Aër corpus illud simplex & suble-
 omnibus, quæ hic uiuunt halitû & respirationem
 concedit. Oceanus quoq; generalis illa officina
 quarû, semper operatur, flumina hominû uisibus
 semper & cõtinuo emittit, quibus reficiat sitientes
 & agros fecundet, communis itaq; totius naturæ
 caupo est & pincerna. Deniq; terra, illa rotius un-
 uerû dispensatrix, totum mundum nutrit, com-
 munes omnibus cibos præparat, nihil sibi seruat

sed omnia apud illam communia sunt. Quæ omnia edocent hominem quo ad maiores dignitates euectus est, eo & alijs se familiariorē reddere debere: q̄ cum fecerit luculentum charitatis actum & superbix quam maxime aduersantē demonstrabit.

Reprehenditur in sacris literis ingens illa ingratitude œconomi Pharaonis, cui cū Ioseph humanū se & benignū demonstrasset, interea dū ambo in carcere conclusi gemerent eumq; libertate donandū prædixisset, & simul addidisset, *Tantum memento mei, cum tibi bene fuerit, & facias mecum misericordiam: vt suggeras Pharaoni vt educat me de isto carcere: quia furtim sublati sum de terra Hebraeorum, & hic innocens in lacum missus sum; ille è contra ingratus extitit nā quamprimū vt carcere exēptus fuit, & pristinā in dignitatē restitutus, benefactoris sui oblitus est, cuius tamē meminisse semper debuerat & numquā sine ingratitude nota obliuisci, Et tamen succedentibus prosperis, oblitus est interpretis sui.*

Gen. 40.

In offici.

Quod Cicero de hominibus olim in genere ait. *Non solum nobis nati sumus, sed ortus nostri partem patria. partem parentes. partem sibi amici vindicant; ipsum ego de ijs quos fortuna ad maiorem cæteris dignitatem euexit melius dicturus videor, quin etiam pauperum sustentatio, vt sacra profanis adiungam. Ipsa quin etiam charitas, teste Ioanne nostro, vitam vt impendamus, exigit: In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus nostris animas ponere; Quamuis ad honores euecti simus & summo in dignitatis gradu constituti, pauperibus nempe succurrendo, vitamq; propriam ad eorum salutem & commodum impendendo.*

1. Ioan. 3.

Horum de numero erat sponsa illa in Canticis: hanc enim cum Rex in cellaria sua inuitasset,

Cantic. 3.

vt inebriaretur; sodales & socias suas, quo tam beneficij participes redderentur, sponſij præſentia ſecum fruerentur, etiam inuitavit: *Egydianus* inquit, *filia Sion & videte Regem Salomonem in diadmate quo coronauit eum mater ſua.*

Longior in his fui & prolixior, quod ſimile huic Petrus charitatem viſus ſit erga Ioannem demonſtraſſe. Cum enim Dominus Petro dixiſſet, vt mortis ſe ſe via ſequeretur, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deū; ſtatim ille de Ioanne abſte te ſubintulit, *Hic autem quid?* Perinde ac ſi dicit voluiſſet: Cum honorē quo me affectum iſ, pro tuo nominis gloria moriendo, conſidero, me, inquit, tā ingratus tibi extiti, corā Iudeis te cū anathematē negaui, qui te in primo impetu cū comprehenderis, deſerui, & fuga mihi conſului, q̄ deniq; in cōtumelioſus & blaſphemus fui; qd huic ignoſci & quē tam tenere ſemper dilexiſti, quē vt cor propriū amplectens, qui fidelis tibi ſemper extitit, me ad crucem vſq; te ſecutus eſt, & quaſiuit in monumento te iacentem? Si blaſphemus & perfidus tam gloriam conſequitur, qualem amicorum certimus promerebitur? O profunda Philoſophia!

Pſal. 30.

Afflictiones ſigna ſunt amoris Dei erga nos.

Exod. 24.

Designare hic Apoſtolorū Princeps voluit, eos quos Dominus habet chariſſimos, maximis quoq; & pluribus ærumnis opprimi & aduerſitatibus probari: atq; eas certiffima diuini amoris eſſe argumenta. Hinc Pſalmographus, *Potum dabis nobis lachrymis in meſſura*: id eſt non effundes integram bulationū in caput noſtrum flumina aut oceanos, ſed eaſdem moderaberis & temperabis: atque horum meſſura eſt, vt qui plus cæteris diligitur, plus etiam affligatur; quiq; Deo carior eſt, in membris quoq; maiores perſecutiones toleret. Quod figuratè in libro Exodi de prompta manuſcriptum faciet.

Cum Moyses fœdus inter Deū & Israelitas ini-
ret, indissolubileq; pactum pacisceretur: vniuer-
sum populum sanguine lustravit, parte reliqua al-
tare asperlit; Tulit itaq; Moyses dimidiam partem san-
guinis, & misit in crateras, partem autem residuam fudit
super altare, & mox, Ille vero sumptum sanguinem re-
spersit in populum, & ait, Hic est sanguis fœderis, quod pe-
pigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his.
Denotant nouæ illæ & inusitatæ cærimonix, ami-
citiâ Deum inter & homines effusione sanguinis
firmari, non quidem Iesu Christi sed eorum, om-
nia scilicet suppliciorum afflictionumq; genera to-
lerando. Porro inter bonos & improbos ingens
discrimen est, quod hi non nisi tribulationum san-
guine aspergantur, illi vero qui vera Dei Altaria
sunt sanguine toti madescant & perfundantur.
Atq; hoc est quod S. Petrus voluit innuere: quasi
diceret, si ego Domine, cuius tanta fuit iniquitas,
Martyrio coronari debeo, quantū supplicij & tor-
mentorū hūc maneat necesse est, qui numquā à iu-
stitiæ tramite deflexit: si ipse mortē violentā pati
debeo; dilectus tuus Ioannes an non crudeliorem
mortem subeat oportet? sed pergamus vltcrius.

Cum hunc in modum interrogasset Petrus, ita Christi re-
subintulit Dominus, *si eum volo manere, donec veniā*, sponsum.
quid ad te? quibus verbis significabat, Ioannē om-
nibus Apostolis superuicturū, nec morte violenta
nec gladio tyrannorū, nec crudelitate carnificum
hinc abripiendū: seseq; velle, diutius vt hoc in mū-
do ceteris Apostolis morte cōsumptis, cōmoretur.

Dauid cū è prælio domū remeasset, omnes eum
sui admonuerunt, domi vt maneret, nec se ampli⁹
bellorū discrimini, aut prælij alex committeret,
Non egredieris amplius nobiscum in prælium, ne extin-
guas lucernam Israel: te namq; occiso & extincto v-
niuer-

2. Reg. 21.

niuersus Israel velut in tenebris & densa caligine
 versabitur. Vt hoc proposito meo adaptem, exultimo
 Dominū idē ōnino Ioanni, q̄ Ecclesie fax & luce-
 na erat dixisse? imo noluisse; vt post varia accre-
 ta exhausta certamina, post epotū venenū, olei fru-
 uētis doliū, in Insulā desertā relegationē, iterū
 plū sese daret, tyrannorū iterū man⁹ experiret;
 ne ipso interēpto Ecclesie vita & fax exstinguer-
 tur. Nā quemadmodū primi mundi incolę, & ho-
 mani generis fundamenta & propagines, lōgo
 uebant tēpore, vt multis procreatis liberis huma-
 nū genus propagarent; ita quoq; necesse erat, antea
 nascentis Ecclesie & in primordio eius, aliquos
 postolos diutius hac in vita agere, vt ita Ecclesi-
 propagaretur, ac plurimi spirituales Filij eidē nate-
 rentur. Inter ceteros hac prerogatiua donatus fuit
 Ioannes noster, qui vt Ecclesiastica historia re-
 dunt nonaginta nouē annis, & triginta post He-
 rosolymorum excidium, ad vsq; Traiani Imperii
 vixit, vt ipse tradit Hieronymus. Atque ad hanc
 longauitatem referri debent verba illa Christi, *Si
 eum volo manere donec veniam, quid ad te?*

*Aetas Io-
 hannis.*

Id est, nolo eum Martyrio, sicut ceteri Apostoli,
 absumi, sed è cōtra volo morte vt naturali exsting-
 guatur. Te quidem Petre, & vos omnes qui hic ad-
 statis qui passionis meę tēpore, veluti effeminatio-
 Therisitę fuga dilapsi estis & me deseruistis, neu-
 me ad mortē & ad montē vsq; Caluarię seq̄ volu-
 istis; ad vsq; mortē mihi iā oportet adhærere q̄
 prius facere detrectastis, iā faciatis pro meo nomi-
 ne moriendo, atq; ita vestrū in me affectū testemini.
 Illos vero qui mihi tunc fidelissime adhærere ad-
 affuere, vt Ioannes & mater mea charissima, ab
 huiusmodi mortis genere exemptos volo.

Hęc verba nonnullis causam dedere, dicendū,
 non-

nondū Ioannē mortū esse, sed cum Enoch & Elia in Paradiso terrestri seruari sub finē vt seculi iterū ad vitā redeat, quo AntiChristo insolescētī ōnesq; puertenti aduerfetur, & circumuentos ab eodē ad pœnitentiā conuertat. Ratio cui hi potissimū in- nituntur, ē verbis Apostolorū petita est: cum enim Dominus huac in modū Petro respondisset; exijt sermo inter fratres, q; discipulus ille non moritur. Deinde, q; promisit illi Apocalypsi Angelus iterum ad vitā eum rediturum, quo populus pœnitentiā annuntiaret, *Oportet te iterū prophetare gentibus, linguis & multis regibus.* Tertio ex eo quod dixit olim in Euangelio Dominus, *Non transibit generatio hæc donec omnia fiant:* quasi significare voluit, & ex omnib. tūc viuētibus fore vnū nēpe Ioannem Euangelistā qui non prius moreretur, q̄ omnia fuissent peracta & cōpleta, i. quam iudicij dies aduenisset. Denique, q; quemadmodum in lege naturæ Enoch, in lege Moyfis Elias, non sunt mortui, sed alio translati, ita Ioannes in lege Euāgelica eodē gaudet priuilegio. At debilia admodū hæc sunt fundamenta, nec vsq; adeo firma aut valida, facillimēq; euertenda.

Sed altera & certior & scripturis conformior opinio est, Ioannē vere quemadmodū cæteri mortaliū, mortē gustasse, & commune omnibus naturę debitū persoluisse; & quāuis oēs hæc rationes in speciē verisimiles videātur, satius tamen est & salutaris, eū vere mortuū credere, & vna cum anima & corpore in cęlo cū Beatīs regnare. Hoc vt credā, Euāgelistę me verba inducunt; nā cum vidisset Apostolos ideo inter se dissentientes, & opinantes Ioannem nunquā moriturum, hanc vt opinionē mentibus eorū euelleret, mox adiungit, *Et non dixit Iesus, quia non moritur, sed si eum volo manere.*

Ioannes: nondum mortuus iuxta aliquorum sententiā.

Apoc. 10.
Luc. 12.

Probabilius est Ioannem mortuum esse.

Deinde verba illa S. Scripturæ, *Quis est homo qui* psal. 139.
f. 4. *viuet*

Psal. 88.

viuet, & non videbit mortem? & illa Pauli, statutum est omnibus hominibus semel mori.

Apo. 19.

Hæc sunt quæ de vita, morte, gloria, prerogatiua sancti huius Apostoli, Euangelistæ, Prophetæ, Doctoris, Martyris, deniq; discipuli, quæ diligebat Iesus, dici potuerunt. Cuius tanta sanctitas & dignitas fuit, vt ipsimet angeli, cū adhuc in terra ægeret, eum vt sodalem & gloriæ confortem, agnouerint, imo illius se seruos professi sint: hinc in apocalypsi legitur Angelus quidam ei locutus, *Cave ne noceris, conseruus enim tuus sum.* Quem tantopere etiam Dominus Iesus dilexit, & à quo vicissim tantopere uenter amatus est. & si prouerbum verū esse constat, *Omni tempore diliget, qui verus amicus est,* vt hunc verum Domini amicum appellare deceat, quæ eum in prosperis & aduersis, in vita & morte, in iuuentute & senectute dilexit. Hunc igitur hodie æterna die inuocemus, vota supplicationesq; nostras illi offeramus, eiusq; preces expostulemus.

Prou. 12.

O Ioannes penitus admirabilis, præ cæteris sanctis à Deo dilectis, qui inter omnes Apostolos dilectiæ & amor Christi Iesu appellari meruisti, qui hoc inter cæteros Euangelistas, quod inter aues aquila adeo vt sublime euolando soli, i. Deo, diuinitatiq; vicinus factus sis. O aquila Euangelica, de qua Iob propheta vaticinans ait: *In arduis ponet nidum suum, in petris manet, & inaccessis rupibus: in summitate scilicet diuinitatis, & sinu Christi Iesu, qui vera Ecclesiæ petra est requiescens!* O cælo Deoq; dilecto, qui obtinuisti, quod tam enixe olim in Cantica sponsa postulabat, *Pone me vt signaculum super cor tuum.* Domini tui cordi, velut amoris tessera & symbolum, infixus. Tu es ô Beate Ioannes, ad quem recurrimus, tu es cuius hodie opem & auxiliū implo-
ramus. Filij Iacob cum Ioseph fratrem Regi Pha-

Iob. 39.

raon
ster
re.
in c
acc
tuar
rum
quid
lius
exar
nim
sten
mod
nost
uidi
I
Her
va
B
fr
D
foly
in q
tim
host
hæc
clar
Arc
quin
raon

raoni gratum & acceptum esse cernerent, audacter ei locuti sunt, suamque necessitatem exposuere. Nos filij Iacob, cum te fratrem nostrum hodie *Gen. 44.* in cœlesti aula Regum Regi gratum sciamus, ad te accedimus, opem & auxilium tuum postulamus, tuamq; intercessionem exposcimus, fratrum tuorum preces, ô mitissime Ioseph, noli reiicere, aliquid in eorum gratiam præsta, fac obsecro, vt solius Dei amor, qui semper in animo tuo eluxit & exarsit in nostro quoque perpetuo exardeat, vt nimirum, illum eo, quo olim tu, amore completentes in altero mundo etiam eo, quo tu eum modo vides, videre valeamus, quod beatitudinis nostræ caput est, ad quam nos sanctissima & individua Trinitas conducat. Amen.

IN FESTO SS. INNOCENTIVM.

Herodes videns, quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra, Matth. 2.

FIGVRA.

DAuid Rex, cum Arcam Domini in ciuitatem *2 Reg. 6.* Bethleem, quæ in tribu Iuda, duobus ab Ierosolymis, & viginti à Nazaret aberat miliaribus, & in qua ipse natus erat, conduxisset, varias Deo victimas immolauit, thymiamata plurima accedit, hostias & sacrificia obtulit. Quam porro præclara hæc figura est ad diram Innocentium stragem declarandam: Vix enim sacra Humanitatis Christi Arca eam ipsam ciuitatem Bethleem intrauerat, quin statim infinitæ victimæ & grex immolatorum

f 5 rum